Vnde quamque opotet verba diaboli interpretari per grecum sicut
accepi a R. D. Gundisalvo Ferrandis heredio Tarraco-
nensi Archipontifice nunc urbis gubernatore viro sangui-
ne illustri animique prudentia et vita exploratissimo:
factum fuisse dexteritate et mira ingenii hominis promptitu-
dine: Anno Christi 1478. 16 kal. Octobris: a domino magistro
Francisco Tolleto postea Sixti pont. max. datario
Et inde episcopo Taurinensi. Is enim delectus a duce Mediolani
ad Januenses orator: rebus interea in Martem versis:
detentus et missus est nequiquam non exploratum prius ab eis
scriberet duci. Ipse vero solertia qua ... pollebat om-
latissima: ad utramque partem que coniungi poterant con-
spiratus: cum duce prius convenerat: ut eius littere prepostere
ab eodem: et omne Hebreo legerentur. obtenta ergo
scribendi licentia: ostensisque senatu his: commisit hanc
mistra epistolam: que contrario per legentium: spiritum et rem
Januensium omnem duci ostendit postergatis assertionibus
asserentium aliter. Istos alit bonitas atque fides: nec
invidia inflammat eosdem, quidem ordinatis tramitibus
se gubernant. Nec separant voluntates eorum. Nempe
preterite questionis memoria cumulata non diffidunt:
sed confidunt adinvicem: nulla fortuna adversarii debet
eis: sed diu nec parvo tempore durare debet: quod claris-
sime constat auditu profecto susceperunt benivolo voto
legationem meam: nec nomen domini mei mittentis ade-
unt quieta amenitate non cupida: sed rapina nunc
delectatos. Vnde viderunt me visibus claris et pla-
cidis non facto aliquo tumultu omnium terrigenarum
et Forensium presentata causa requisitionis mee pariter
et adventus :-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/Hs-2533/0031
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt